



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Scientia Salvatis, Sive Considerationes Piæ, Præcipuam  
Spiritualis Vitæ Materiam complectens**

**Laberhittel, Samuel**

**Ingolstadii, 1660**

410. Die Præsentationis B. Virginis. De Consecratione sui Deo in Templum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59837](#)

tiūmīn  
ndi has  
agdal.  
omnia.  
X.  
on mori  
imitari.  
pter ser-  
re se in  
eo tam  
empsore  
ominus  
. Hæc  
inveni-  
delecta-  
in eo, ut  
ersatur.  
npedia-  
uo quis  
ere be-  
te; uti  
. 4. Ac-  
e refer-  
etinen-  
do.  
do. 5. Et aduersa, sive ritam arumnosam, sic  
enim servitur Deo proprijs imperisis, auge-  
turque consolatio divina: sive ritam infir-  
mam, quia sponsa magis placet in conclave  
sponsi, quam in publico, & anima agrotans,  
quam studio bonorum operum exercitata;  
sive mortem, cujus molestiæ excutientur ab  
animo, si eam ex Dei providentia sic ordi-  
nante cogitet accidisse, sive (quod sapienter  
intelligendum) damnationem, quod alij fo-  
rent, qui laudarent Deum. Ibid. I 3. c. 12.

*Conf. 3.* Cùm resignatio sui medium sit ad  
summam perfectionem, & ad recipienda  
semper nobiliora dona Dei, atque ad eva-  
dendam omnem labem, totum me resigna-  
bo in Dei beneplacitum: quia, ut non no-  
uerunt S. Martino, nec gentiles cum sub  
arbore cadente, ut obrueretur, collocando,  
nec dæmon apparendo eidem, sic nulla ten-  
tatio nocebit voluntati bene reborata in  
resignatione sui ad manus Dei. Ad quam  
in me abstractionem juvabor sumptuone sa-  
cratissimæ Eucharistiæ, quia Christus immo-  
latus est, & Sanguine suo nos aspersit, ut na-  
scantur in nobis alii ad volandum, sine ullo  
impedimento in ærem dirinum. Ita sanctus  
Macharius Homil. 87.

M E D I T A T I O   C C C C X .  
Die Præsentationis B. Virginis.

H H   4      D

728 Die Præsentationis B.V.

De Consecratione sui DEO in  
Templum.

**V**Idebo trimulam Virginem Parentum  
religione, suaque devotione in Templo  
Domini, in Templum consecratam. Petam  
eam imitari.

*Conf. 1.* B. Virg. Templum DEI pulcher-  
zimum, altare cordis omni sancta cogita-  
tione, & desiderio divino exornatum, portas  
& claustra sensuum omni custodiâ custodita;  
nihilominus adhuc magis sanctificanda,  
quod ipsa futura esset Templum, Altare,  
Tabernaculum Altissimi.

*Conf. 2.* Quomodo summus Sacerdos,  
Spiritus sanctus, ad eam consecrandam de-  
scenderit; intellectum lumine Fidei & Sa-  
pientiae, omnique virtute intellectuali ad  
Deum contemplandum pluribus oculis,  
quam illa Prophetæ animalia, accenderit,  
inunxerit voluntatem dono sanctæ devo-  
tionis, omnique virtute morali.

*Conf. 3.* Colligendo me intra me, videbo  
& lugebo stragem, quam in me peccatum  
fecit, quia Altare cordis insanibus cogita-  
tionibus, & vanis desiderijs prophanavit,  
portas & claustra disciplinæ excussit, malas  
herbas inordinatorum desideriorum, & af-  
fectuum germinare fecit. Orabo Dominum,  
ut Templum suum emundet, ac fordes re-  
dire

dire non permittat, ut Sacrificium & Ho-  
stiam immolem, in susceptione sacratissimæ  
Eucharistie, de qua ait Glossa in Cap. 16.  
Exod. Corpus Christi sicut pruina, refrigerans  
ardorem peccatorum.

## MEDITATIO CCCCXI.

## Die S. Catharinæ.

## De Studio Dilectionis.

**V**ndebo S. Catharinam visibiliter in sponsam à Christo desponsatam. Petam esse de Virginibus, quæ Prudentes habuerunt oleum charitatis, legemque igneam in manibus suis.

**Conf. 1.** Qui non vult habere charitatem, ei omni parte Hierusalem portas ei clausas inveneri, inquit D. Cæsarius Hom. 11. Et hæc est causa, cur quinquefatuus dicatur: Amen, nescio vos.

**Conf. 2.** Quàm multi sint in fatuorum numero, quòd vel in uno offenderint, ánnē putem omnes inferos, omnia admisisse peccata? omnia mandata transgressos? omnes conculcasse virtutes? Unius Præcepti transgressio, unius virtutis neglectus, divisit inter eos & Deum. Perire necesse est hominem, qui charitatem non habet, etiamsi tradiderit corpus suum, ita ut ardeat, ait S. Bernardus serm. 2: de S. Michaële.

H H § Conf. 39